

## THESES I.

**I**nstituentibus ergo disquisitionem de <sup>de Jure Le-</sup>  
 Jure Esslingensi Statutario seu Consuetudinario, <sup>gislatorio</sup> Civ. Imp.  
 statim in principio hæc præliminaris quæstio <sup>in genere.</sup>  
 solvenda occurret: An scilicet Civitates Im-  
 periales in suis locis & territoriis, leges speciales  
 & Statuta sive jura Municipalia condere possint?  
 Quam quæstionem in affirmativam resolvit Ipsa Or-  
 dinatio Politica de anno 1577. tit. von Juden 20. §. fin.  
*ibi: doch soll hierdurch denen Thürfürsten und Ständen*  
*an Ihnen von Uns habenden Kaiserlichen Regalien, Pri-*  
*vilegien und zustehenden Gerechtigkeiten Ordnu-*  
*gen zu machen nichts præjudiciret oder benommen/ son-*  
*dern Ihnen vorbehalten seyn. Ordin. Cameral. part. I. tit. 13.*  
*& 57. part. 2. tit. 1. Coler. de proc. exec. part. I. cap. 3. n. 6.*  
*Besold. Thesaur. pract. verbo. Gesaß: Theodor. Reinking.*  
*de Regim. Sec. lib. I. Clas. 5. cap. 6. n. 7. Klock. I. consil. 20.*  
*num. 126. & seqq. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 8. n. 28.*  
 Verum de hoc equidem argumento ex professo nu-  
 perrime & præliminariter egimus in dissertatione, qua  
*Jus Legislatorium Territoriale Civitatum Imperialium ex-*  
 ponere & propugnare nisi sumus, unde quantum ad  
 fundamentum Juris nostri Statutarii stabiliendum satis  
 est, facile hauriri poterit. Sed & speciatim Esslingæ no-  
 stræ mentionem fecimus in §. 13. & quomodo privile-  
 gium circa ferendas leges eidem concessum intelli-  
 debeat, in §. 14. explanatum dedimus. Hic illud ad-  
 dimus; etiam alia jura Civitati Esslingensi per mo-  
 dum privilegii olim concessa, quæ tamen jure supe-